Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26092
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tis ē causa qđ diu mansit. s; ea ā tanti uatis pfectus, nā si primo
ingressu tantus pcessus extitit. ut ad salutationē marie exultaret
infans in utero. & repleret spū sc̄o mat̄ infantis. quantū puta
mus usu tanti temporis sc̄e marie addidisse p̄sentiā. Mansit
aūt maria cū illa. m̄sib; trib; Vngebatur itaq; & quasi bonus ath
leta exercebatur in utero matris pph̄eta. amplissimo enī uirtutis
eius certamini parabat. Deniq; tamdiu mansit maria. quādiu eli
sabeth pariendi tempus impleret. Qđ diligent̄ aduertas. inuenies
hoc nusq; positū. nisi in generatione iustorum. Deniq; impleti sunt
dies ut pareret maria. impletū ē temp; ut pareret elisabeth. imple
tū ē uite tēpus. cū sc̄i uiri ex hoc uite curriculo demigrarent.
Plenitudinē iusti uita habet. inanes aūt dies s̄ impiorum. Dominica. xvii. p̄ pent̄
In ill t̄. Cū intraret ih̄c in domū Scdm Lucam.
cuiusdā principis phariseorum. sabbato manducare panē. & ipsi ob
seruabant eū. Et ecce homo qđā ydropicus erat ante illū. Et r̄. Bede p̄bri.
Ydropis morbus ab aquoso humore uocabulū trahit. grece
enī aqua ydor uocatur. Est aūt humor subcutaneus de ui
cio uesice natus. cū inflatione turgente. & anhelitu fetido.
Ppriū q; ydropici ē. quanto magis habundat humore inordinato.
tanto amplius sitire. Et ido recte cōparatur ei quē fluxus carnaliū
uoluptatū exuberans aggrauat. Cōparat̄ diuiti auaro. q quan
to ē copiosior diuitiis quib; n̄ bene utit̄. tanto ardentius alia con
cupiscit. Et respondens ih̄c. dix̄ ad legis ptos & phariseos.